

sortiatur. Tibi quoque mandamus, ut, si volueris, procuratorem ad eundem terminum pro te dirigas sufficienter instructum. Datum ut in alia.

147.

*Papst Innocenz III. beauftragt die Erzbischöfe von Salzburg und Magdeburg nebst dem Abt von Pegau, ihm über dasjenige zu berichten, was einem Dispens zwischen dem noch jungen Sohne des Herzogs von Oesterreich und der Tochter des Markgrafen von Meissen entgegenstehen oder solchen empfehlen möchte, welche Ehe ersterer abzuschließen wüßte, damit er sein Land um so beruhigter dem letzteren in Obhut geben könne, wenn er selbst demnächst mit einem namhaften Heerhaufen einen Kreuzzug antritt.*

Lateran (Rom), 1210 Juli 31.

*Hdschr.: Reg. No. 18 fol. 28<sup>b</sup> No. 118. Vatikan. Archiv.*

*Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 2,467; ed. Migne 3,305. Potthast 4057. Böhm.-Ficker 6090.*

10

Salzburgensi et Magdeburgensi archiepiscopis et abbati de Pigauia Merseburgensis diocesis. Dilectus filius nobilis vir . . dux Austrie per suas nobis litteras intimavit, quod, cum insignitus sit karactere crucifixi, cum multitudine armatorum proficisci disponens in subsidium terre sancte ac filium in etate tenera constitutum et terram suam nulli commodius quam nobili viro . . marchioni Misnensi valeat commendare, per suos et eiusdem marchionis amicos habitus est tractatus de matrimonio inter filium suum et eiusdem marchionis filiam contrahendo, ut hoc facto securius ei committeret terram suam. Verum nonnullis firmiter asserentibus, quod in quinto et quarto consanguinitatis gradu se dicti pueri contingebant, non fuit ulterius in eodem facto processum. Unde tam supra dicti nobiles quam multi magnates alii per suas nobis litteras humiliter supplicarunt, ut multiplici utilitate pensata, que speratur ex huius modi copula proventura, dispensare cum predictis personis ex benignitate apostolica dignaremur, quatinus eisdem matrimonialiter copulari ex nostra permissione liceret. Quocirca presentium vobis auctoritate mandamus, quatinus de gradibus consanguinitatum utrimque ac universa genealogie serie, a stipite scilicet usque ad personas illas, de quarum coniunctione tractatur et an scandalum ex hoc facto valeat suboriri et de necessitate urgente ac evidenti utilitate, que dispensacionis gratiam solent in huius modi suadere, inquiratis diligentissime veritatem et, quod invenieritis, per vestras nobis litteras fideliter intimetis, ut per vos cerciores effecti, prout expedire viderimus, in eodem negotio procedamus. Quod si non omnes etc. duo vestrum etc. Datum Laterani ii. kal. augusti, pontificatus nostri anno tercio decimo.

148 (*Fälschung*).

*Markgraf Dietrich bekennt, daß er, gleich seinen Vorfahren Leipzig, Neuenhof, Schkeuditz u. a. von der Merseburger Kirche zu Lehn empfangen habe.*

Zwenkau, 1210 Aug. 6.

*Hdschr.: Kopia Perg. No. 59 fol. 16. Hauptstaatsarchiv Dresden.*

*Anm.: Die Urkunde ist eine grobe Fälschung, wahrscheinlich entstanden nach Dietrichs Tode um 1229, als der Bischof von Merseburg dessen unmündigen Sohn Heinrich zwang, die Lehnshoheit des Bisthums anzuerkennen. Chron. episc. Merseburg. bei Ludwig, Rell. manuscr. 418.*

35